



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1860

I. Herzog Barnim von Pommern beschenkt die Tempelherren mit Rahausen, im Jahre 1244.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55515](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55515)

XI.

Stadt Königsberg.**I. Herzog Barnim von Pommern beschenkt die Tempelherren mit Nahausen, im Jahre 1244.**

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti Amen. Barnim, Dei Gratia Dux Slavie, universis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit in perpetuum. Cum fundamentum et radix memorie consistat in scriptis, necessario scripta requiruntur ea, que inter presentes rite aguntur, ut facilius ad agnitionem absentium valeant pervenire. Notum autem esse volumus tam presentibus quam futuris, quod nos pro nostris nostrorumque predecessorum excessibus Terre Sancte Fratribusque Militie Templi villam, que Nahusen dicitur, cum omni utilitate et libertate, cum stagnis et pratis, cum omni jure perpetuo tradimus, terminos eisdem ville ad terram Bane et Videgowe et usque in Konigesberge et Roskam ubere deputantes. Ut autem hec nostra donatio domui Templi ac Sancte Terre jugibus temporibus rata maneat et inconversa, ipsam sigilli nostri munimine et presenti pagina duximus muniendam, subscriptis nichilominus testibus, quorum nomina sunt Dominus Vromholdus de Colbatz, Dominus Theodoricus de Berdechowe, Dominus Johannes, Marschalcus, Dominus Fridericus de Rammerstede, Hermannus, Sacerdos et Capellanus Templi, et alii quam plures. Datum in Pyritz, Anno MCCXLIII.

Duchholz Gesch. der Churmark IV, Urk. Anh. S. 74.

II. Die Markgrafen Johann, Otto und Conrad bestätigen der Stadt Königsberg den unverkürzten Besitz aller ihrer Grundstücke ohne Vermessung, am 3. Juli 1271.

Nos Johannes, Otto et Conradus, dei gracia Marchiones Brandenburgenses, Vniuersis cristi fidelibus presentes litteras inspecturis in perpetuum. Notum facimus presentibus litteris protestando, Quod nos burgenfibz ciuitatis nostre Koningesberge deliberato consilio libe-